

Band IV., Nr. 999, Seite 49-50

Kraft von Boxberg entsagt seinen lehenherrlichen Rechten auf die von den Brüdern Herold und Albert von Neuenstein an das Kloster Schöntal verkauften Güter in Biringen, gegen Einsatz anderer von Seiten der Belehnten, und verspricht seinerseits, den Bischof von Würzburg für die diesem an ihn zustehenden lehenherrlichen Rechte zu entschädigen.

Schweinberg, 1243.

In nomine domini. Amen. Ego Crafto de Bokesberc universis Christi fidelibus presentium tenore protestor et notifico, quod, cum Heroldus et Albertus fratres, filii Alberti de Nuenstein, bona quedam in Biringen, que iure feodi a nobis tenebant, abbati et conventui in Sconental vendidissent, super eadem venditione nostrum requisierunt assensum, alia quedam bona sua in restaurum istorum bonorum nobis resignantes et a nobis in feodum recipientes. Nos itaque predicta bona, quesita videlicet et non quesita, culta et inculta, abbati dicte ecclesie obtulimus, omni iuri^a, quod in eisdem bonis habere videbatur, penitus renunciantes. Sane quia de iam dictis bonis in Biringen nonnulla a domino episcopo Herbipolensi in feodum habere videbatur, eadem bona cum bonis, que dicti fratres de Nuenstein nobis resignaverunt, promisimus restaurare, ita quod prefatum monasterium in iure suo indempne permaneat omnimodo et inconcussum. Huius rei testes sunt: Wolfradus frater meus, Ūlricus de Nue[n]stein, Rudegerus de Witigestat¹, Bertoldus de Walhusen, Gotefridus de Sweineburc, Cūnradus de Isersheim^{b2}, milites, supra dicti fratres Heroldus et Albertus, Reinhardus de Biluerncheim, Burchardus de Holenbach^c scultetus, domnus Heinricus abbas de Sconental, Heinricus cellerarius, Hildebrandus monachus, Rudegerus conversus eiusdem ecclesie et alii quam plures. Ut igitur hec firma permaneant et inconvulsa, presentem cartam scribi et sigillo nostro fecimus communiri.

 Acta sunt hec in castro Sweineburc, anno domini M^o. CC^o. quadragesimo^d tercio, indictione XV^{ae}.

^aOriginal: *iiuri*.

^bDie erste Silbe durch Moder unlesbar und aus dem Diplomatar ergänzt.

^cHeißt in beiden Diplomatarien: Holenbach; im Original scheint die vermoderte erste Silbe eher *Hel* geheißen zu haben.

^dOriginal verschrieben: *quadrasemo*.

^eSo ist nach dem Diplomatar entschieden zu lesen.

¹Ober- und Unterwittstadt.

²Mit Rücksicht auf die anderen Namen wohl eher Ober- und Untereisenheim, Eisenheim, WÜ, als Ober- und Untereisesheim.



Der Textabdruck folgt dem Original.

 Das Siegel verloren. Die Urkunde ist von Moder zerfressen und an mehreren Stellen nur mit Hilfe der Abschrift in den Diplomatarien von 1512, fol. 330, und von 1618/9, fol. 409 mit Bestimmtheit zu lesen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 503 I U 255

Überlieferung und Textkritik:

Original. Auch in den Diplomataren HStA Stuttgart H 14 Nr. 214 (von 1512) und Nr. 215 (von 1618).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Schweinberg

Aussteller:

Kraft; von Boxberg

Ortsindex:

Bieringen Wohnplatz (2646)
 Bieringen, Schöntal, KÜN
 Boxberg Wohnplatz (3669)
 Boxberg, TBB
 Hollenbach Wohnplatz (2504)
 Hollenbach, Mulfingen, KÜN
 Kloster Schöntal Wohnplatz (2651)
 Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN
 Neuenstein Wohnplatz (2539)
 Neuenstein, KÜN
 Obereisenheim, Eisenheim, WÜ
 Obereisesheim Wohnplatz (2107)
 Obereisesheim, Neckarsulm, HN
 Oberwittstadt Wohnplatz (6214)
 Oberwittstadt, Ravenstein, MOS
 Pülfringen Wohnplatz (3800)
 Pülfringen, Königheim, TBB
 Schweinberg Wohnplatz (6040)
 Schweinberg, Hardheim, MOS
 Untereisenheim, Eisenheim, WÜ
 Untereisesheim Wohnplatz (2217)
 Untereisesheim, HN
 Unterwittstadt Wohnplatz (6217)
 Unterwittstadt, Ravenstein, MOS
 Wallhausen Wohnplatz (3477)
 Wallhausen, SHA
 Würzburg, WÜ